

Vota Propemptica & Gratulatoria in felicem ex celeberrima Rosarum Academia abitu ... Dn. M. Andreae Virginii, SS. Theol Candidati ...

Rostochii: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737676841>

Druck Freier  Zugang



Vert. : A. Virginus

F. Jarnovius.

R. U. theol. 1626.

VOTA
Propemptica & Gratulatoria
in felicem ex celeberrimâ Rosarum
Academiâ abiturum

Reverendi, Clarissimi & Literatissimi
VIRI,

DN. M. ANDREÆ
VIRGINII,

SS. Theolog. Candidati meritiss. Pastoris
Ecclesiæ Gartzensis & vicinarum Præpositi legitime
vocati, Hæredis in Schwessin /

Ἐὐφροσύνας ἐνεκα
Conscripta

Præceptoribus, Fautoribus
& amicis sinceriss.

a. d. 8. Novembr. Anno 1626.



ROSTOCHII,

Ex officina Typographica Joachimi Pedani
Acad. Typog.






Magna est nobilibus laus esse parentibus or-
tum:

Major, doctrinâ nobilitare genus:
Maxima, si pietas exornet & inclyta virtus
Hæc dno: nobilitas altius ire nequit.
Quas natura tibi, studium, & labor improbus antè
Contulit, ANDREA, dotibus his fruerè.
Quod superest, quæcumq; dedit tibi dextra benigna
Numinis, hæc eadem seruet & aucta velit.

PAULUS TARNOVIUS, D. &
Professor S. S. Theol. Senior fa-
cultatis, & p. t. Decanus.



Hactenus una quidem devoto laudis amore
Cura sacris curis invigilare fuit.
Nunc abiisse paras, meritis tamen ante suprema
Præmia sed studiis præmia digna tuis.
Ut tibi mandatas Divino à Numine partes
Suscipias, Sanctis insitus ordinibus.
Victor, mentisq; tuæ ritè utere donis,
Ut sacer hinc populus commoda multa ferat.
Sic patriis addes speciosa trophæa trophæis.
Et genus ingenii nobilitabis ope.

JOHANNES QVISTORPIUS
Theol. D. Prof. & Ecclesiastes.

In

Sic benè decurso spacio, quod ad ardua ducit,
Ad tibi commissus jam remeabis oves?
Nec, quod jure potes, simul hinc auferre brabeion,
Expetis, Eusebicus quod tibi dextra parat
Vir Reverende, tuo merito clarissime, tantum.
In Sophia studiis Theologiaq; potes.
Testatur, qua te nuper dissolvere nodos
Audiit & stupuit docta corona virum.
Omnes ore uno bona dicere, fausta precari
Conantur, quid ni, qui scio, coner idem?
Sic decet, & pro te responsa priora roganti,
Differs, sunt parva commoda magna mora.
Præmia honoris habes usq; hic prompta atq; parata,
Hæc, quocunq; voles tempore, posce, feres.
Namq; facit promissa tibi me interprete certa
Suavibus Eusebie condecorata rosis:
Virtuti, quæ sola virum facit, expolit, ornat,
Cum sua debentur præmia & amplus honor,
ARDREÆ servo, fructum sudoris, honorem
VIRGINIO, & studiis præmia digna bonis.

Ita Reverendo Clarissimoq; Viro, S. S. Theologia Candidato meritissimo, fautori & amico meo percaro, quando post disputationem solemnem cum maximâ laude habitam Rostochio discedere in animo habebat, inter occupationes paucis hisce gratulari volui.

JOHANNES TARNOVIUS S. S.
Theol. D. & Profess.
A 2 Me

ME vis, Virgini, versu tibi fundere vota,
Et pro te dominum supplice adire prece.
Scilicet ut faciam, pietatis dogmata suadent,
Proximi amorq̄ docet. Comprecor ergo tibi.
Virgin' Virginei pertendas pectoris esse,
Ne fucō capiat te hæresis ulla suo.
Felix hinc abeas, adeas tua munia faustus,
Teq̄ regat summi spiritus ille DEI.

benevolentia ergo deproperabat

VALENTINUS LEGDÆUS

S. S. Th. D. & P. P.

DEsine Roma Tuos magnos jaçtare Camillos
Fabricios belli fulmina, Scipiadas:
Plura hic ab hoste refert Victricia signa strategus
VIRGINIUS, sine dum sanguine victor abit.
Vellere laus magna, est hostem manante cruore;
Vixit at absq̄, necis vulnere cade Ducum.
Tantis mactæ bonis: iter hoc tibi sospitet atq̄,
Te reducem Dominans sistat Olympus Amen.

M. JOANNES STRVBORGIUS

Riga Livonus,

Scilicet intrepidò ferventes pulvere curvus
Reverende vir, te celeribus vebunt rotis.
Non campo fidis, sed meta curris acutâ
Laboriosa per vicax industria

Inclata

Incluta DOCTORUM stipantur pramia dextris,
Qua rore faciem purpurissant entheo.

Respondet, fateor, meritis non - dissona merces,
Ingruit at abitus precibus agrè - consonus,
Paulum visus, abis, doctos tentasse lepores,
Abis, nec exis. Ito dextro Numine.

Emeritus tibi met blanda Pomerania PELTUS
Venit ecce tubicen, Philosophus ac Theologus,
Illius eloquij fluidos mirabere campos,
Solida & profundi Judicij fundamenta.

Accipe cardinibus celerantibus accipe prolem
Reclude citius. Ante portas Annibal!

Dn. Fautori ac Commensali meo plurimum
honorando ac dilecto

L. Mq; adgratulor

M. ANDREAS GYLLE

Gothus P. Caf.

Discedit Rosei decus immortalè Lycæi,
Quod cum, non subito tale redibit, abit.
Sed te fata vocant VIRGINI, & splendida virtus:
I pede felici, terq; quaterq; vale.

LEVINUS BATTUS Rostochiensis.

In Abitum.

M. ANDREAS VIRGINIVS,

Per Anagramm.

REDIS, IS, ANNAM? VIGE.

Nunc tua Virgini mihi commoda Musa referret:
Nunc fructum ex studiis demeteremq; tuis.

Nunc tuâ amicitia primû planeq; fruisçi
Menserat: Enq; REDIS & modò rursus AB IS.
Fallor, an ANNUAM? iter subito calcare quod audes,
Cum tibi me jungam fœdere amicitia
Sed cum Fata velint, & cum diuina voluntas:
Hac quoq; mi placeant, quæ placuere Deo
Annuat ergò, precor, cœptis, Deus omnia regnans,
In cuius manibus spesq; fidesq; tua.
Tu modo qui præsens fueras, mansurus es idem
Absens & studiis perge favere meis.
Sicq; meum rursus semper tibi defero munus,
Cunctaq; quæ potero, hac offero mente: VIG E.

Ejusdem in Pastoratum.

M. ANDREAS VIRGINIUS,

Per Anagram. Uno d. in t. mutato.

1. Surge, i, nam dura inis.
2. Seras igitur innuam.
3. Deus insanum irriga.
4. Nili dura una mergis;
5. Durus animi angeris.

Optatam cupiens metam contingere honoris,
Plurima dura ferat, plurima dura gerat.
Nam baud via recta patet, sed sentibus obsita ad artes
Nec datur ad Musas currere lata via.
Hoc te Virgini dudum reor ipse notasse,
Nec te vel sudor, detraberet ve labor.
Ecquis enim dubitet te non in debita laudis
Munia sub Musis multa tulisse mala?

A tene

*A teneris etenim Musas sectatus & artes
Illustres urbes mens tibi adire fuit.
Non te poenituit, pedibus trivisse molestum
Longè iter ad doctos egregiosq; viros,
Non te poenituit duros sudasse labores:
Suada mihi testis, Cliq; testis erit.
Sed non incassum sudor, labor, algor & astus:
Ardoris capies juge refrigerium,
Et quæ virtuti non ullo tempore desunt,
Jam nunc ob meritum premia digna feres.
Et meritò: Quis enim virtutem amplectitur ipsam?
Quis tempus longum ponit inane suum?
Ni sciat exhausto tandem ventura labore
Pramia conatu nobiliora suo?
Ardua virtutis lassaret semita multos,
Obvius allectas ni recrearet honos.
Et super impositi multos oneraret honoris
Pondus, ni virtus robora sufficeret.
En meritos igitur felici sidere honores
Addit Apollo tibi, congeminatq; decus.
Hoc tua promeruit virtus: doctaq; Camena,
Pervigil in studiis assiduusq; labor.
Hoc animi dotes: solertis dona Minerva:
Hoc pietas meruit: candor & integritas.
At putet hinc aliquis, cursum absolvisse laboris
Te, simul inq; ocij velle latere domo.
Fallitur: Haud etenim pars est contesima cepta
Majus ab hoc anno nunc tibi surget opus.
Etsi larga novè modo mensis surgit honoris;
Etsi nunc surgit gloria lausq; tibi:
Nec tamen arcebis duros largosq; labores,
Quos consumis, inis dum simul officium.*

Prorsus amaror enim non est in Nectaris imbrem
Melliflui versus; manat at usq; tibi.
Expeditam paucis. Geritur si functio recte,
Crede, Ministerij; nil nisi sudor erit.
At male si geritur: vitæq; animæq; periculum.
Anceps est igitur sparta, Ministerium.
Hic, quid agas, rogitas? Surge, i, quo numina ducent.
Est via dura, refers? fortiter ergo subi.
Dicis & officium durum durosq; labores?
Nec subterfugies aspera dura pati.
Nam verus est verbum; labor improbus omnia vincit;
Et post nubila, sol sæpè micare solet.
Ergo viam duram, ducum quoq; fortiter imple
Officium. Nam si fortiter illud inis,
Dura simul superabis, onus, multosq; labores:
Spe fretus premi, quod dabit inde Deus.
Durius ast, inquis, nil est quam pectora dura.
Reddere mollia, quæ molliem renuunt.
Credo: Falsa feras igitur divina Jevove
Innuam, & æternum supplicium doceas.
Tu Deus, insanum mentis, sterilemq; precare,
Irriga agrum, ferat ut centupla lucra tibi.
Nam nisi Jova rigas, mergis quoq; pectora dura.
Vnâ, animi durus tu angeris ô homule,
Quod superest: Deus, oro sacra te Numinis aura
Dirigat, & vires donet & ingenium.
Pro grege commisso ut vigiles, ducasq; perennis
Ad fontem vita, pascua & ipsa Poli.

Honoris ergo & summæ benevolentia

Petrus Lemmichius VVolg. P.

QVEM



QUEM

SUMMO IN THEOLOGIA dignum honore judi-
cavit ACADEMIA

M. ANDREAM VIRGINIUM,

Virum Reverenda dignitate Clarissimum,

HUNC

AD GARZENSEM ECCLESIAM PRÆ-
positum, feliciter ire jubet,

ELIAS TADDELIUS Rostoch.

Nudam, qui, tabulam, Sophi
Mentem sunt soliti dicere, giudice

Id, mentis trutina, datum,

Norunt, perpetuum qui sale condiunt.

Inscribant alij tumens

Quod bilis dedit, & tristitiæ status,

Inscribant alij dedit

Quod læti irrequies ingenij calor

Inscribant Sophiam Sophi,

Ignoret comitem, sancta, superbiam

Sit nuda invidiâ, tribus

Quam fortuna vovet nostra sororibus.

TU CLARE Aonidum decus

VIRGINI, tabulam mentis, acumine

B

Qui

Qui scriptam geris, & foves
Quæ des Xristicolis, des Academicis.
Dic, an stulta superbiæ
Te contra regerant, spicula, plurimi
Dic ane invidiam tibi
Ituram comitem spernere possies?
Esto. Quæ tibi publice
A doctis tabula est, Nobilis ingeni
Aeternum decus, edita
Nullos hæc stimulos invidiæ timet.
En nos marmoreum tibi
Ponemus monumentū ære perennius,
Aut certè memori VIRUM.
Dignum laude mori, non dabimꝰ truci.
Nunc alto POMERANIA
Quem desiderio reddier Angelum
Exspectas, precor ut tibi
Felix, incolumis detur, ab hostibus
Tutus, namq; hodie metu
Illorum, Regio &, Relligio cadit
GARZENSÎ ê cathedra precor,
Zelo corde dato, Biblica vox sonet:
Dicant; Robur & æs triplex
Circa pectus adest VIRGINIO, Dei
Ira.

Irati dare fulmina
Atq; Evangelij pharmaca qui potest.

ANNO

Esto Intra MVros paX DeVs hosCe tVos.



Ἄνδρα ἀγαπᾷ ἱσοῦν.

M. ANDREAS VIRGINIVS.
EN, VIR, DIGNVS, AMARIS.

EN produnt multi simulacrum Cordis! idipsum

Sincerè profer, tu mea Musa, quog,

Hic, quem magna decent encomia lausq; decusq;

Præsto est VIRGINIVS Nobilitate potens.

VIR est in Sacris, ut VIR fortitus bonores,

Quos mox insigni cum gravitate geret;

Inq; Ministeriò VIR fiet, VIRq; manebit

Egregis meritis & pietate gravis.

Hinc nunc, clarorum qui DIGNVS amore Virorum,

Gratulor ex animo, Vir Reverende, tibi.

Cuncta, precor, cedant in laudem Cunctipotentis,

Nec non in populi commoda magna DEI.

His ito felix, patriamq; revisito sospes,

Meg, tibi addictum, sicut AMARIS, ama.

Debitæ observantiæ ergò Fautori & Commensali

meo atatem colendo properans

apponebam

JOACHIMUS GERVENIUS

Fridelandiâ Megapolit.

B 2

Alci-

Alciden quondam magnos tentasse labores
Verè Meonii carminis ales ait:
Nec solùm tentasse, sed & duxisse quadrigis
Ut verbo veteri, læta trophæa ferunt.
Et quoq; te varios quondam tentasse labores,
Inscias quisnam, Clare Magister, eat?
Herculeos fanè, si vera fatebor, ovanti
Exantlasse tamen, mente favore Dei.
Dum puer ad sacrùm Musarum grata vireta
Neglexti scholicos, approperando, Notos.
Nec post vir - Juvenis nervis torpore remissis
Suscepto dixti triste valetio jugo;
Sed mage vicisti quidvis Virtute labore
Assiduo, Musis sacra litando tuis.
Hinc meritò primùm Musarum Præses Apollo
Tempora tì circum læta, brabea dedit.
Hinc quoq; , dum scandis suggestum ritè vocatus
Præpositus tibi nunc præmia digna fluunt.
Gratulor ergo tibi; de fausto, pectore toto
Successu cœpti, gratulor ergo tibi.
Et quamvis contra, propriâ, restare laborum
Æquata jam primùm vasta, secunda trabe;
Attamen intrepidus tu contra audentior ito
Dextra deq; illis alite victor abi.
A sacro templi, resonent umbone per omne
Dogmata voce tuâ, fac, penetrare, Dei.
Hoc seculo capies tibi præmia magna, futuro
Præstito erit & capiti grata corona tuo.

*Grati & gratulabundi animi, restandi
ergo
adponere. voluit imò debuit.*

MATTHIAS CRUSIUS
Tanghyma Pom.

Bar-

BArbara quid stolidè jaçtat miracula Memphis
Extollitq; suos Roma vetusta Viros?
Eximios fovet alma viros Germania; Clarum
Protulit ingenio, patria VIRGINIUM,
Quem non longa suo studiorum tadia tractu.
Abduxere, labor quem neq; pressit egens,
Ergo summa petit, sine pennis Icarus astra
Stultè adijt noster non ita summa petit
Palladis internos studio pallente recessus
Viderat, en! Themidos mitrula sacra datur
Fœtibus ingenij, spartam quam nactus adornet,
Atq; ita VIRGINIUM, fama loquetur anus.

S. R. Commensali jam in patriam abituro
L. Mg. gratulabatur.

HEINRICUS SOTERUS
Daliâ - Suecus.

ERgô sic jam nunc abitum parabis,
Hincq; discedes celebris Magister,
Stemmate insigni, pariterq; doctâ
Nobilis arte?
Sicne jam linques Academiarum
Templa, nec posthac studiosa pubes
Te frequens cernet benè differentem in
Ponte cathedræ?

B 3

Sci-

Scilicet mos est Domino vocanti
Sedulò absq; omni fremitu gerendus:
Duriter plectit sua negligentes

Iussa Jehova.

Ergò nunc faustis avibus migrato, &
Munus oblatum incolumis capeffens,
Deditam Christo benè pasce gentem
Nectare verbi.

Spiritus JOVAE, Reverende Pastor,
Te regat, dotesq; animi coronet;
In Dei ut laudem, gregis & salutem


Functio cedat.

Det Deus fortis zephyrum secundæ,
Insuper fidam thalami maritam,
Suaviter quâ cum placideq; vivas.

Hilcevalet.

*Dn. Commensali, Contubernali atq; amico meo
sinceris. συγκαρποσύνης ἐνεργ.
l. m³ accineb.*

JOHANNES COEPENIUS
Dantiscan.



Vmbra velut sequitur viventis corporis artus
Sic quoq; doctrina est, gloria magna, comes:

AST

*At ea doctrina ingenti sudore paratur
Theiologum doctis expetiturq; libris.
Rectè agis idcirco VIRGINI vir Reverende
Nobile quod pectus condecoras studiis
Assiduaq; manu Doctorum scripta virorum
Pervolvās, vigili nocte dieq; teras.
Hinc tibi jam meritò summi tribuuntur honores
Quos meruit virtus ingeniumq; tuum.
En! nunc cum summo laudis discedis honore
Linquendo Charitum Pieridumq; sinus,
Et vocem Christi sequeris te ritè vocantis
Munera ad officij suscipienda sacri.
I, mete, cœlestes cœlestia in horrea magno
Fruges duc numero, quas Deus ipse serit.
Carpe viam captam: duc vitam labe carentem
Impositumq; tibi fer patienter onus:
Sic tibi contingent aeternæ regna salutis
Plena ubi perpetuo gaudia flore vigent.*

*Dn. Commensali contubernali atq; amico suo
intimo L.M.Q. ad properabat*

*JOHANNES FABRICIUS,
Danisco Borussia.*

*Siccine Varniadum, VIRGINI, splendida tempe
Linqvis? Et in patriam siccine abire placet?
Conspicor id certè fieri. Quæ causa? vocavit
Patria, ut illustres dogmata sacra Dei?*

Sic

*Sic est, sic superis placuit, sic deniq; summus
Dux patriæ exposcit, sic patria ipsa petit.
Comprecor ergo bono discedas omine, Trinus
Et te multimodâ prosperitate beat.*

Lmq; applaud.

JOHANNES MAGNI,

Nicopiâ-Suecus.

Quidnam Virgini repetes dilecte penates?
Non sunt hæc animo nuncia grata meo.
Non metuis quicquam, gelidâ conterritus aurâ
Intempestivæ tædia dura viæ?
Aspice quæ facies cœli, jam turbine ventus
Africus in terram præcipitavit aquas.
Non te bellorum jam sæva pericula terrent,
Quo pacto cœptum continuabis iter?
Sed quid inutilibus consumo tempora verbis?
Effectum superi, quod voluere, jubent.
Quid nisi stultitia est adversis cedere fati
Nolle, & cum magnis bella movere Diis?
Quando igitur fati cogentibus inde recedis,
Et desiderii vana querela mei est?
Quid superest, nisi fausta tibi pro more precemur?
In patrium sospes possis ut ire solum.
Vade bonis avibus veteres visurus amicos,
Quos tibi Theseo pectore junxit amor,
Vade & vive Deo, longum quoq; vive camænis,
Vive tuis, nostri sis memor usq; vale.

HENRICUS HERMUNTIUS

Tremoniâ Westphalus.

*At ea doctrina ingenti sudore parata
Theiologum doctis expetiturg, libri
Recte agis idcirco VIRGINI vir Revo
Nobile quod pectus condecoras stud
Assiduaq, manu Doctorum scripta vi
Peruolvas, vigili nocte dieq, tera
Hinc tibi jam merito summi tribuuntur
Quos meruit virtus ingeniumq, tua
En! nunc cum summo laudis discedis
Linquendo Charitum Pieridumq, s
Et vocem Christi sequeris te ritè vocan
Munera ad officij suscipienda sa
I, mete, caelestes caelestia in borrea mag
Fruges duc numero, quas Deus ip
Carpe viam captam: duc vitam labe
Impositumq, tibi fer patienter onu
Sic tibi contingent aeterna regna saluti
Plena ubi perpetuo gaudia flore vi*

Dn. Commensali contubernali a
intimo L. M. Q. ad

JOHANNES F.
Danisco

*Siccine Varniadum, VIRGINI, sp
Linqvis? Et in patriam siccine
Conspicor id certè fieri. Quae causa?
Patria, ut illustres dogmata sacra*

